# Band I., Nr. 75, Seite 84-85

*Zeugen-Aussage und Zwischenurteil in Betreff der Besitzungen des Klosters St. Gallen in Schönenberg.*

## Ohne Ortsangabe, Nach 816.

Notitia testium de rebus in Sconinebirih[1] sitis, quas Albaricus ad sanctum Gallum tradidit, quasque Rachilt, soror eiusdem Albarici, et filius eius Heripreht de vestitura sancti Galli per vim abstulerunt. Nam cum pro eisdem Cozpertus abba domnum Hludouuicum regem reclamasset, iussum est Waringo comiti et Ruadpperto, vasallo regis, inquisitionem de hac re fieri. At illi generali contribulium circumquaque conventu facto, inquisitionem fecerunt, qualiter eaedem res ad partem sancti Galli pertinere debuissent. Tunc ipsi testes cum iuramento et fide data testificati sunt, quod verum esse scirent, Albaricum easdem res ad sanctum Gallum tradidisse, eosdemque monachos legaliter consedisse, et in eadem vestitura per XX annos temporibus Caroli regis sub censu ad partes eiusdem monasterii aspicere: sicque post mortem Albarici iterum legaliter monachos consedisse, usque dum soror, nomine Rachilt, et filius eius Heripreht eorumque potestas de vestitura sancti Galli per vim rapuissent. Isti sunt testes, Theotolt, Scrutolt, Gerheim, Wolahmunt, Anthad, Ebarachar, Suabilo, Selbger, Hisger, Waltirih, Wihpold, Engilheim, Wolfehiger, Folcharat, Hilbirat, Helfolt etc. Quod enim idem testes legaliter adducti fuissent, eadem Rachilt et Heripreht, filius eius, eidem testificationi consentire nolentes, de placito evaserunt. Qua ex causa diiudicatum est, ut eaedem res in interdictu banni iussae fierent, usque dum de hoc regalis sententia decerneret. Et isti sunt, qui hoc diiudicaverunt, Kirufrid, Salacho, Theoman, Tagapreht, Wolfram, Tuoni, Erhart, Alto.

—

Aus dem Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 133, wo die Urkunde hinter einer mit dieser in keinem Zusammenhange stehenden Schenkungsurkunde aus einer ganz

[1] Ursprünglich als Schönebürg, Schwendi, BC, gedeutet, ist nach Michael Borgolte (Hrsg.): Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 455, Anm. II Anh.18, Schönenberg, Argenbühl, RV, anzunehmen.

anderen Gegend (ohne Zweifel nach der ebenso zusammengesetzten Handschrift des Stiftsarchivs) abgedruckt ist.

Die Zeitbestimmung folgt Trudbert Neugart (Hrsg.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 1, Nr. 189.

## Überlieferung und Publikationen

**Überlieferung und Textkritik:**

Abdruck nach dem Original, vgl. WUB, Bd. IV, S. 395.

**Editionen:**

Hermann Wartmann (Bearb.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, S. 395 (nach dem Original). Goldast: Rerum Alamannicarum scriptores, Bd. 2, S. 56, Nr. 95. Trudbert Neugart (Hrsg.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 1, Nr. 189 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Schönebürg Wohnplatz (17592)

Schönebürg, Schwendi, BC

Schönenberg Wohnplatz (20851)

Schönenberg, Argenbühl, RV